UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

13. Priuilegiati absoluunt à Casibus Episcopo reseruatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

Visual Library

Antiſtes, & ſuarum ouium perquã egregius Paſtor, ſed de Generali concernente vniuerſum Ordinem.

XIII. Quod verò Religioſi priuilegiati poſsint á caſibus Epiſcopis reſeruatis abſoluere, claret partim *ex Pauli 3. decreto, aliorumq; Pontificũ: partim oraculo Gregorii 13.* confirmantis priuilegium concêſſum, & declarantis, ſe noluiſſe per Ill^orum. Cardinalium *in Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 4 aſſerentiũ: Regulares non poſſe ex priuilegiis, præſertim ex illo quod Mare Magnũ vocant, abſoluere quemquam in caſibus quos ſibi Epiſcopus reſeruauerit; declarationem derogare dicto priuilegio, & manifeſtè poſt *Conc. Trid.* iterum confirmatum fuiſſe, conſtat *ex Bulla Pii. 5. Dum indefeſſæ. Suar. cit. n.* 14. *Fill. t.* 1. *tr.* 15. *c.* 10. *n.* 244. *&* 247. *Delr. l.* 6. *Diſqui Mag. c.* 1. *ſ.* 3. *Alponſum cit. Cypr. cit* Imo Delrius addit vſu non recipi Declarationes

Cardi-

Cardinalium quod non publicentur. Et ratio á maiori ad minus deſumitur, ſi enim Pontifex ſuos concedit, multò magis Epiſcoporum concedere cenſetur, *iuxta Reg. l. 3.* cui licet quod eſt plus, licet vtiq; quod eſt minus, vt meritò *Roder. cit. a. 3.* concludat Cõfeſſores Ordinum Mendicantiũ, & cũ his comunicantiũ poſſe abſoluere á caſibus Epiſcopo ſiue de iure, ſi tamẽ aliqui ſunt, ſiue de conſuetudine vel ſpecialiter reſeruatis: niſi ſcãdalũ aut enormitas criminis aliud ſuadeát.

XIV. A caſibus deniq; Prælatis Religionum reſeruatis neminem alium niſi ab iis præſtitutum, ſeu delegatum abſoluere liquido conſtat, vt tám Paſtores Religioſi foris quam intra Clauſtrum degentes, certos habeant accedere Confeſſores, quibus delegatà à dictis caſibus abſoluendi poteſtas, per Cænobii Antiſtitem confertur, & alii